



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117832**

§.16. S. Radegundis initia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66072)

Die Lunæ nona Junii, qua Ecclesia ejus Sæculum VI.  
A. C. 566.  
Memoriam honorat.

§. XVI.

*S. Radegundis Initia.*

*Martyr. 9.  
Jun.*

Patres secundi Concilii Turonensis ad vit. per For-  
S. Radegundem Epistolam dederunt, tun. Act. SS.  
Ben. p. 319.  
tom. I.  
estque operæ pretium, ut, qua occasione  
id factum, enarremus. Radegundis Ber-  
tharii Regis Thuringorum filia adhuc  
puellula in bello a Francis capta ita de-  
cernente fortuna in potestatem Clotarii  
Regis tradita est, qui pro conditione Re-  
giæ stirpis educatam, ubi ad nubilem æ-  
tatem pervenit, Conjugem accepit. Jam  
ex eo tempore Radegundem eximiæ vir-  
tutes commendabant, munificentia in  
pauperes, oratio assidua, longa jejunia.  
Tota Quadragesima occulto cilicio sub Greg. III.  
hist. c. 7.  
pretiosissimis vestibus induebatur. So-  
lebat Rex dicere, Monialem se non Re-  
ginam duxisse, & sæpe cum ea jurgari,  
quod devotula videri vellet. Accidit,  
ut Rege jubente Radegundis frater inno-  
cens interficeretur; ipsa arrepta occa-  
sione dimitti rogans Clotario consentien-  
te Noviodunum concessit, a S. Medardi  
manibus habitum Monasticum acceptu-  
ra. S. Præsule recusante, quod esset Ma-  
trimonio alligata, & repugnantibus Re-  
gni Magnatibus, se ipsam habitu sancto  
induit, & S. Medardum urgere non de-  
sistit,



Sæculum VI. siit, donec manus ei imponeret, & Dia-  
A. C. 566. conissam consecraret.

                     Inde in Prædium sibi a Rege dona-  
tum in Regione Pictaviensi se recepit, &  
asperrimum vitæ genus amplexa solo fe-  
cali, aut hordeaceo pane, oleribus & le-  
guminibus victitabat, non bibens vinum.  
Lectus erat Cilicium super cinere stra-  
tum. Præterea pauperibus manibus re-  
giis ministrabat, immensas largiebatur  
eleemosynas. Catenam ferream corpo-  
ri circumdatam gerebat, quam ipsi S. Ju-  
nianus ejusdem Regionis Abbas & Pres-  
byter donaverat. Ipsa ut gratum pro  
ferreo dono animum ostenderet, Viro  
Sancto vestes suis manibus perfectas mit-  
tebat. Sanctus Junianus Regia Clotarii  
munificentia adjutus Monasterium Ma-  
gisteriense fundavit, deinde in Priora-  
tum, & tandem in Parochiam mutatum.  
Haud multo elapso tempore, postquam  
S. Radegundis secessisset, fama attulit,  
Regem pœnitentiam subiisse, quod in  
ejus discessum consensisset, atque ven-  
turum, ut eam iterum reciperet. Hæc  
audiens S. Regina vitæ rigorem auxit, at-  
que consilium ab Anachoreta, cui no-  
men Joannes, Chionii Cellulæ incluso,  
expetiit. Is respondit, hanc quidem Re-  
gis esse voluntatem, at Deum non per-  
missurum, ut faceret. Post hæc S. Ra-  
degundis Pictavium venit, ibique Mo-  
naste-

*Act. p. 310.  
n. 7.*

*vit. per Bau-  
donius Act.  
p. 927. n. 4.*

*Greg. de Gl.  
c. 23.*



nafterium extruxit Rege Clotario jubente, Pientio Epifcopo & Aufrapio Duce Mandatum ftrenue exequentibus. In illo Monafterio S. Regina congregato magno foeminarum numero Abbatiffam eligi curavit Virginem, nomine Agnetem, quam ab infantia aluerat. Huic S. Germanus Parifiensis Benedictionem imperatus eft, Radegundis vero fe huic Abbatiffæ Alumnæ fuæ nullo addito pacto aut conditione humillime fubmifit. Post breve tempus Rex Clotarius cum Sigeberto filio Turonem venit piæ peregrinationis fpecie, revera autem eo confilio, ut in via Pictavium divertens Radegundem uxorem rurfus reciperet. Illa hac re comperta, datis ad S. Germanum, qui in Regis comitatu erat, litteris S. Virum enixe rogavit, ut tantum malum averteret. S. Germanus perlectis tabelis ad Regis pedes prostratus ante tumulum S. Martini cum lacrymis in Dei omnipotentis Nomine obteftatus eft, ne in urbem Pictaviensem pedem inferret. Rex mutata mente coram S. Germano & ipfe in terram fe demittens rogavit, ut Radegundis fufis ad Deum precibus veniam fibi impetraret illius delicti, quod improborum confilio impulsus committere voluiffet. S. Germanus Pictavium ad Reginam delatus, facile, quod Rex petebat, obtinuit.

Sæculum VI.  
A. C. 566.

*Epift. Rad.*  
*ap. Greg.*  
*IX. c. 42. to.*  
*5. Conc. p.*

*Hift. Ecclef. Tom. VIII.*      **D**      §. XVII.